Fragm

Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum
vivit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

Omnipotens sempiterne deus super hunc quos Oro
accensum cereum largiri tue benedictionis ✠ descendat infusio et hunc nocturnum splendorem
invisibilis regenerator intende ut non solum
sacramentum quod hac nocte litatum est arcana luminis tui admixtione refulgeat sed in quo-
cumque loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit
misterio tue maiestatis assistat. Per. Rex sancto-
ordo ad consecrandum baptismum vespertinalis. Quoniam
apud te est fons vite. Et in lumine tuo videbimus lumen.

Omnipotens sempiterne deus adesto magne pieta-
tis tue misteriis adesto sacramentis et
ad recreandos novos populos quos tibi fons baptis-
matis parturit spiritum adoptionis emitte ut quod
nostre humilitatis gerendum est misterio virtutis
tue impleatur effectu. Per omnia secula seculorum.
Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agimus domino.
✠ Vere dignum et. Iustum deo ...

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/fragm30/0002
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg